

qua Sacramentum est, irritare: cum id solus Christus sacramentorum auctor præclare valeat; potest tamen indirecte, quatenus declarare potest contractum humanum nullum, qui sacramenti dignitate donandus erat; & hoc contractu abrogato, sacramentum sine hoc fundamento consistere nequit, sed irritum remanet; simili modo Princeps supremus secularis, quamquam facultatem minime habeat irritandi directe iuramentum, quod spirituale cum sit, jurisdictioni spirituali subiacet; valet nihilominus indirecte illud irritare: quatenus declarat valem nullum contractum, antequam ineat: quo destructo,

necessario consequitur iuramentum ad effectum confirmandi talem contractum, irritum profus esse, ac nullum. Nec enim iuramentum confirmare potest quod non est; aut constituere contractum qui, lege civili inspecta, nullus est; sed solummodo iuramentum confirmare, & roborare valet contractum qui præsupponatur validus. Hanc sententiam defendit Sanchez *Lib. 111. cap. xxii. numer. 10. Molina Tom. 1. de iust. disp. cxlix. Lessius Lib. II. capit. xlii. dub. 12. n. 55. Bonacina disp. xv. q. 1. punct. 17. Gutierrez in authentica Sacramenta puerum, Callipalaus tract. xiv. disp. 11. punct. 13.*

## DISSERTATIO VII.

### DE IIS QUI IURARE VALENT

tam extra, quam intra iudicium: & quando licitum sit iuramentum exigere: tandem de iurandi consuetudine.

#### CAPUT I.

Omnes ratione præditi extra iudicium iurare licite possunt, etiam per procuratorem.

**I.** OMNES rationis compotes extra iudicium iurare posse, certissimum est: quod omnium personarum genera recensendo, probatur. Atque primo Deus, rationis fons & origo, frequenter in Scriptura iuravit. *Iuravit Dominus, & non penitebit eum: Plal. cix. Ecce ego iuravi in nomine meo magno: Ierem. xlv. vers. 26. Per me ipsum iuravi, dicit Dominus: Gen. xxii. vers. 16. Illud tamen sciendum, eiusmodi iuramenta, si preste accipiantur, non esse vera iuramenta. Iuramentum quippe religionis est actus, quo inferior alterum superiorem respicit: cuius Deus omnium supremus auctor capax haud est. Neque eius dicta confirmatione aliqua indigent. Iuramenta ergo qua Deus protulit, metaphorica appellantur: que idcirco adhibuit, ut attentionem nostram magis excitaret, atque consiliorum suorum immutabilitatem abundantius ostenderet. Ita inquit Apostolus ad Hebræos vi. vers. 17. *In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hereditibus immobilitatem consilii sui, interposuit iurandum: ut per duas res immobilibus, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus qui conjugimus ad**

tenendam propositam spem. Quæri etiam solet, num Deus per execrationem, medium per simplicem attestationem, iurare valeat. Sed eiusmodi quæsitæ tamen in Scripturis reperitur Deum utrum fuisse formalis execratoris, dum iuravit.

**II.** Christus Dominus, qui, ut homo, Deo inferior erat, iurare proprie valebat: & aliquando ipsum iurasse, docent Origenes in *Matth. xxxv. Innocentius cap. Erii Christus de iureiurando: quod probable indicat Suarez Lib. 1. de iuram. cap. xiv. m. 9. eo quod sæpe adhibuit eiusmodi phrasim, Amen, amen dico vobis. Sed probabilius est, præfata verba non habere vim iuramenti, cum solum significent veræ, & certe. Neque credibile est futurum fuisse ut tam frequenter eisdem verbis uteretur Christus Dominus, si formulam iurandi contineret; y cum adeo leviter nobis prohiberit frequentem iuramentorum usum. Talem loquendi formulam adhibuit, ut parum faceret le ex certa scientia loqui.*

**III.** Angelos non modo iurare posse, sed reipia iurasse hominibus loquentes, constat ex *Apocalyp. cap. x. vers. 6. Et iuravit viventes in sæcula sæculorum. Secus dicendum, quando invicem se alloquuntur: quia Angelorum quilibet certo scit, alium Angelum mentiri non posse. Superfluis ergo, & otiosis esset iurandi actus. Porro omnes id quod*

quod otium, ac vitium sapit, sanctis Angelis repugnat. Angelos tamen malos ex pravo fine iurare posse, non videtur negandum. Ne tamen honorem iurare Deo, eisdemque confirmatione indigere, ac illius superiorem agnoscere videantur, peccato eos iurare credendum est. Idem de hominibus beatis, & damnatis, ac de Angelis bonis, & malis dicere convenit.

**IV.** Ex hominibus viatoribus illi tantum vere iurant qui ratione instructi verum Deum cognoscunt. Hinc pueri ante rationis usum, amentes, furiosi, omnes denique ratione carentes iuramenti sunt incapaces. Pagani, Athei, qui nullum Deum agnoscunt, verum iuramentum emittere nequeunt: quia nullum habent, quem valeant invocare, Deum. Idem de Ethnicis dicendum, qui verum Deum non agnoscunt; falsos tamen colunt deos, & per eoldem iurant. Illi ex conscientia erronea adstringuntur observare similia iuramenta, que in se vana, & nulla sunt; quæve, errore subnato per veræ fidei susceptionem, profus evanescent, minimeque servanda forent. Iudei, Turcæ, ceterique omnes qui verum Deum agnoscunt, tamen si satis imperfecto modo, vinculo iuramenti tenentur: quia revera isti invocant verum unicum Deum in testimonium veritatis, quamvis ipsi hunc verum Deum eo quo decet modo non percipiant.

#### CAPUT II.

Qui in iudicio iurare valeant, recensentur.

**I.** Iure nature spectato omnes qui iurare in iudicio extra iudicium, possunt iurare in iudicio. Sed, quia iure positivo non omnes qui absolute iurare valent, ad iurandum in iudicio admittuntur; ideo que persona a iuramento iudiciali excludantur, quæve recipiantur, hoc in capite explicandum est. Quod antequam præsto, temperare mihi non possum quin istorum temporum facilitatem iurandi deplem. Tanta erat apud Ethnicos iuriandi reverentia, ut solis ingenius, & nobilibus viris potestas fieret iurandi. Illis solis iuramentum loco atrocis tormenti erat ad veritatis promendam confessionem. Plutarchus inter problemata narrat, quod Lævis, & mancipis nunquam iuramentum deferebant; sed ad equuleum rapiebantur, & atroci quæstione veritas ab illis extorquebatur. Libere vero & nobilibus, quos torquere non licebat, deferebatur iuramentum: quod non minor poena illis erat quam servis tormentum.

Neque Flamini Diali, neque aliis Sacerdotibus iurare licitum. Sola eorum auctoritas simplex pro iureiurando habebatur. Si cum tanta iuratoria religionis sanctitate confers nostræ ætatis abulium, lacrymas compellere haud poteris. Vel ipsa vilissima gens sine defectu, & cuiusque sortis homines, bubuli, agalones, bauli, Hebræi, & hellones iurare prælatur. Sed ad rem accedamus.

**II.** Pueri, & puellæ ante annos pubertatis non admittuntur ad iuramentum iudiciale: quia (inquit D. Thomas 2. 2. qu. lxxxix. art. 10.) *nondum habent perfectam usum rationis, quo possunt cum reverentia debita iuramentum præstare.* Quid, si consistat in ipsis peculiari modo emicare rationis lumen, & sponte ad iurandum se se offerent? In hæc positione satis probabile mihi videtur admittendos esse. Nec iura obstant, que solum prohibent cogere, ut etiam advertit Angelicus *loc. cit.* pueros ad iurandum. Et clare habetur in *cap. Pueri xxii. qu. v.* Hanc opinionem defendit Soto *Lib. VIII. qu. 1. arti. 10.* Suarez *Lib. 1. cap. xiv. n. 5.* Contraria plures habet Auctores, Sanchez, Palaum, Bonacinam, Valentiam, Azorium, Fagundez, Leandrum, & alios. Communis tamen opinio est, si admittantur ante pubertatem, id est annum quatuordecimum, ad iurandum in iudicio, eorum iuramentum non facere plenam probationem, sed gravem tantum præsumptionem.

**III.** Eadem ætas quo sufficit in foro civili, non satis est in criminali: nam in illa ætas quatuordecim, in hoc viginti annorum requiritur, ut constat ex *leg. Invi. ff. de testibus l.* In testimonium, & *C. Si testes, §. Item* in testimonium *iv. quest. 111.* Et Communis est inter Theologos, ac Iuristas sententia. Rationem discriminis assignant: quia, cum malus in criminalibus quam in civilibus magis præiudicium afferri solet; idcirco caussis etiam idonei testes ad probanda crimina quam ad testificanda facta civilia merito requiruntur. Excipiuntur tamen aliqua causularum genera. Nam in læsæ maiestatis crimine omnes admitti solent qui rationis sunt participes; ut patet ex *leg. de minor. x. ff. de quest. & docent communiter Iuriste.* Item ad deprecandam veritatem occisi domini omnes de familia etiam impuberes admittuntur. Farinacius in criminalibus Auctor gravis de *testibus quest. lxxii. numer. 29. & Decianus Lib. IX. criminal. cap. xiv. n. 7.* referunt, duos pueros ad evincendum delictum uxoricidii satis fuisse. Ratio est, ne deli-

delicta enormia impunita remaneant. Et hac ratione crimina nefanda, quae difficillime sunt probationis, probari possunt per testes minores anno vicesimo.

IV. Mulieres, iure civili inspecto, ad omnes causas five criminales, five civiles, testimonio excepto, admittuntur, ut testimonium iuratum dicere possint, quemadmodum patet l. Ex eo, ff. de testibus; est communis sententia. Ius tamen canonicum eadem repellit a testificando in causis criminalibus propter fragilitatem sexus, & ingenii mutabilitatem; soloque eas admittit in illis casibus in quibus admittuntur personas infames. A dicendo tamen testimonio in civili causa, etiam adversus Clericum, non repelluntur. cap. Quoniam, cap. Iam litis, de testibus &c.

V. Excluditur a iuramento iudiciali inimicus illius contra quem testimonium ferendum est: quia praesumitur inimicus cogitare malum de suo inimico, ut desinit in cap. Accusatores, in cap. Omnes, l. i. q. v. & l. 3. ff. de testibus. Excipiuntur tamen crimina laesae maiestatis, haereticis, & simoniae. Porro non quoque in iuramentis satis est ad constituendum inimicum telum ineptum; sed iuxta communem sententiam requiritur inimicitia gravis, seu capitalis. Quenam autem dicenda sit inimicitia gravis & capitalis, nequit absolute definiti. Ex eo facile cognosci poterit, quod inter eos praecesserit grave dissidium, illis magni momenti, iniuria enormis, & ex aliis circumstantiis eam indicantibus. Ceterum talis desidio iudicis arbitrio relinquenda est.

VI. Periri quoque omnes repelluntur, tanquam testes incapaces. Difficultas solummodo est, quinam periri a iuramento iudiciali arceantur. Nam alii appellantur periri noti *notoritate facti*, qui nempe facto ipso produnt tanquam perituros, quia communiter peierant. Alii dicuntur periri noti *notorietate iuris*, id est iudicis sententia declarati tales. Et in hoc dissident Theologi. Alii eos solos periri a iuramento iudiciali excludunt qui iuxta per iudicis sententiam rei periturorum damnati; contra alii satis esse defendunt ut sint facto ipso agniti tanquam periri. Utraque opinio sua fruitur probabilitate. Hac secunda mihi magis probatur, Nam, ut aliqua persona possit appellari infamis, sufficit ut eius infamia publice, seu re ipsa communiter cognoscatur, licet iudicis sententia non praecesserit. Hinc infames etiam tum infamia facti, tum infamia iuris, repelluntur a iuramento iudiciali ferendo solent.

VII. Criminosi socii non admittuntur ad iurandum in iudicio: tum quod pronum sit desiderare socium in supplicio habere; tum quod sperare potest locus se evadere poenas, atque impunitatis privilegium assecuturum, dum alium a secutat cap. Veniens, xi. de testibus & l. fin. cod. de accusationibus, et sique communis. Plura tamen iuxta crimina excepta, ob quorum gravem malitiam, quia bono communi insidias directe fruunt, probantur per testimonia iurata ipsorum criminis sociorum. Crimina isthaec sunt sequentia, haereticis, laesae maiestatis, adulterationis monetae, sodomiae, maleficia, & cetera id genus, quae in detrimentum boni communis vertuntur. Socii testimonium semel penam probationem facere plures volunt; ita ut, duobus locis crimen sub iuramento testantibus, possit iudex remi damnare. Verum concludendo opposita communiter est: proinde praxi tribunalium standum. Nisi alia adimnicula accedant, non videtur satis tutum in re gravissima reum damnare ob solum, & novam sociorum attestationem. Ceterum, quando plures sunt socii, facillime alia occurrunt adimnicula, vi quorum iudex valeat reum damnare.

VIII. Personae viles, & inopes, quas pecunia corrumpi facile posse, suspicari licet, a iuramento iudiciali excluduntur. Quando tamen persona inops honesta sit, & spectatae virtutis, de qua prudens suspicio haberi non possit, habilis est ad ferendum iuratum testimonium in iudicio, ut communiter sentiunt Auctores.

IX. Laici non admittuntur ad iurandum contra Clericos in iudicio, quando processus est criminalis, ut decernitur cap. De cetero de testibus, & cap. Ipsi Apostoli, & cap. Testes, l. i. quest. vii. ubi si omnes qui Sacerdotes nequeunt fieri, ad referendo testimonio adversus Sacerdotes repelluntur. Contra, si processus civilis sit, admittuntur, ut traditur cap. Quoniam de testibus. Admittuntur quoque in exceptis criminibus, quae supra recitavimus.

X. Sacerdotes in iudicio iurare non debent, nisi ob gravem necessitatem: tum quia eorum dignitas tanta est, ut non permittat facilem dubitationem de eis quae afferunt, Ea autem solum confirmari iuramento possunt quorum veritas in dubium venit, ut optime docet D. Thomas 2. 2. q. lxxxix. art. 10. *Non enim indiget dictum hominis confirmatione, nisi quia de eo dubitatur. Hoc autem derogat dignitati persona ut dubitatur* de vo.

de veritate eorum qua dicit. Et ideo personis magne dignitatis non convenit iurare. Propter quod dicitur l. i. quest. xv. cap. Si quis Presbyter, quod Sacerdotes ex levi causa iurare non debent. Tamen pro aliqua necessitate, vel magna utilitate licitum est eis iurare, & praecipue pro spiritualibus negotiis, pro quibus etiam iuramenta competunt praestare solemnibus diebus, quibus est spiritualibus rebus vacandum. Non autem tunc iuramenta praestanda pro rebus temporalibus, nisi forte ex magna necessitate. Causae autem pro quibus potissimum Sacerdotes iurare valent, sunt in his verbis, quos refert Glossa *ves.* Necessitate cap. i. de feritis, contentae.

Pax, & fama, fides, reverentia, cautio damni.

Defectus veri sibi possunt magna coveri. Hoc iuramenta praestare valent Clerici abique Praetorum suorum licentia, ut constat ex cap. Ex scripto, & Per venit, de iuror. Tres tamen excipiuntur casus in quibus nequeunt Clerici in manu laici iurare abique Episcopi, & Episcopus abique Papae licentia. Primus est, quando iurant Clerici coram laico, tanquam superiore a quo cognunt, ut habetur cap. Nullus xxxi. quest. v. Quando autem iurant coram laico qui superioris vices non praefert, licentia iurandi non indigent. Secundus est, quando iurant de calumnia: quia hoc iuramentum praestare nequeunt, nisi is ad cuius tribunal litam perneant, sit superior. cap. Nos xxxi. quest. vii. Ultimus est, quando iurant in actu iustificandi: tunc enim nequeunt iurare in manu laici, nisi de licentia Episcopi. Dum Sacerdotes iurant, satis est ipsis tangere proprium peccus, cap. Si quis Presbyter l. i. quest. v. Aliqua tamen graves causae reperiuntur, in quibus statutum est, Episcopos, & Sacerdotes sacra tangere, dum iurant.

XI. Conlanguinei ascendentes, & descendentes illius in cuius favorem testimonium iuratum dicendum est, repelluntur a tribunali: quia sic decernitur leg. 3. ff. de testibus, & cap. Similiter 3. q. v. cap. Abiens 3. q. ix. Conlanguinei quoque collateraliales, & affines usque ad quartum gradum *inclisus* repelluntur a iuramento iudiciali: ut ex citatis capitibus colligitur. Si tamen libere se offerant, admittuntur. In criminibus admittitur frater contra fratrem, si separate vivant; iocus, si sub patria potestate sint abique divisione legitime, & hereditatis. In hoc causu nequit unus pro altero testificari, neque mulier pro marito, aut contra. In federe vero matrimonii admitti solent parentes in testes;

nisi forte propter aliorum commodum videatur de veracitate suspecti, ut habetur in cap. Super eodem de testibus, ubi mater testimonium eadem parata in favorem filiae, quae iastabant promissionem filii factam a viro le nobiliore, divitissime copiosiore, repulia est propter suspicionem de veritate prodenda in filiae favorem. Domestici quoque tum in criminali, tum in civili causa expelluntur a iuramento iudiciali. Domesticonum porto nomine veniunt uxori, filii, servi, & liberti, famuli conducti, aliique familiares. Singuli tamen aliquos Collegii, & Universitatis testes esse possunt in causis quae non ad singulos, sed ad Universitatem ipsam, aut collegium, ut communiter omnes docent.

XII. Pagani, Iudaei, omnique fidei catholice hostes reiciuntur a ferendo testimonio adversus Christianum, & Catholicum, ut decretum est in cap. Ipla pietas xxxii. q. iv. ubi haec habentur ex D. Augustino accepta: *Qui divina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonii perdidit.* Praeterquam quod ob diversitatem religionis tam inveterato odio ardeat adversus vere religionis professores solent, ut facillime peririunt in eorum proferre possint detrimentum, ut habetur cap. Cum Iudei, cap. Licet de testibus. Excipiuntur tamen crimina laesae maiestatis tum divina, tum humanae, dummodo homines isti sint, & habeantur inter ipsos Paganos, & Ethnicos ut probi & honesti, ac integrae fame.

XIII. Iurantes in iudicio vi plurium legum debent esse ieiuni. Cap. Honestum xxxi. q. v. & cap. Placuit l. v. q. i. Verum leges istae iam pridem obsoleverunt, si praecipiti rationem spectemus. De consilio in iurandis reverentiam optimum erit. hanc conditionem servare, quoties in iudicio testimonium iuratum ferendum erit. Tempora quoque excipiuntur quibus iuramenta iudicialia venantur: ut a Septuagesima usque ad octavam Paschae, ab Adventu Domini usque ad Epiphaniae octavam. Item in quatuor anni temporibus, in diebus dominicis, Litanis maioribus, in diebus Rogationum iurare, nisi de concordia & pacificatione, prohibuitur est, ut constat ex cap. Decretum xxxi. q. v. Quae omnia consuetudine contraria prevalente abrogata sunt. Hinc tamen colligas velim, quomodo sancte olim celebrantur tempora Domino sacra, & in quibus redemptionis mysteria potissimum celebrabantur.

## CAPUT III.

Utrum inducere quis possit alium ad iurandum, quem existimat peccaturum, aut per falsos deos iuratum?

I. **S**apienter dictum est, iuramentum non est eorum que absolute appetuntur, sed eorum que propter necessitatem tantum desideranda sunt. Quare qui iurat, aut qui ad iurandum alium inducit fallitur, semper peccat mortaliter. Ut tamen quæritis proposita clarior resolvarur, certa ab incertis licentenda sunt. I. Certum est, semper peccatum esse inducere alium ad falso iurandum, aut ad iurandum per falsos deos: quoniam actus isti sunt mali intrinsicè, & nulla possunt ratione honestari. II. Nulla culpa est, iura occurrente causa, exigere iuramentum ab illis quos tibi non certo, nec probabiliter constat esse peccaturos. Si dubitas, dubium deponere debes: quia in dubio nemo præsumendus est malus. III. Certum est, peccatum esse mortale exigere iuramentum a pecciaturo, aut iuratum per falsos deos, nulla existente causa; siue paratus, siue non paratus ille sit iurare. IV. Quando iuramento deficit solum iudicium, & iustitia, tunc exigens iuramentum peccatum idem peccat ac iurans, siue ille paratus sit, siue sciat: quia in eisdem iuramentis nulla occurrit iusta causa potest, que excuset a malitia. Aliquando iurans tantum excusatur, ratio tamen, potest; ut cum tibi sepius affirmasti veritatem, fides ab altero non adhibetur, & sua interesse prudenter iudicat iuramento, alioquin absolute non necessario, firmare veritatem; tunc iurando non peccat: at exigens, quia citra rationabilem necessitatem postulat, peccat.

II. Tota ergo difficultas est, quando iuramento deficit veritas, & rationabilis causa urget, an scilicet tunc iuramentum sit exigere, vel suscipere iuramentum a pecciaturo, vel iuratum per falsos deos. Qui existit iuramentum, aut est persona privata extra iudicium, aut publica, ut iudex, vel actor in iudicio. De linguis sermo erit.

III. Casuiste recentiores plures, & implete satis, & ad veritas præfatis Sanctorum sententiam, hanc questionem resolvunt. Obiter hic animadvertas velim, Casuiste non paucos frequenter oblitescere, Patres non tractasse hodiernas questiones: quas si verasissent, iniquum, in recentiorum sententias concessissent. Contra, cum Patres conceptis verbis questiones tractant, & resolvunt, re-

ligioni minime sibi vertant ab illorum doctrina recedere: Quod quam verum sit, ex dicendis constabit.

IV. **Q**uest. I. An persona privata exigere iuramentum scilicet possit ab eo quem certo, non probabiliter scit esse peccaturum, etiam grati rogante causa? Resp. Conclusionem negantem aperitissimè docent Patres. Augustinus serm. cxxx. alias xxviii. de verbis Apostoli. cap. X. Et ipse qui exigit iuramentum, multum incertus, si nescit illam falsum iuratum, an scit, si enim nescit, & ideo dicit, iura mihi, ut fides ei fiat, non audeo dicere esse peccatum; tamen humana tentatio est. Statim scit eum fecisse, novit fecisse, vidit fecisse, & cogit iurare, homicida est. Ille enim suo periculo se perimit; sed iste manum interficientis & expressit, & pressit.

V. **F**uitus hoc ipsum confirmat Augustinus ser. cccviii. alias xi. qui est secundus in de consolatione S. Iohannis Baptiste ex additis a Parisiensibus in ultima editione, ubi historiam narrat suis auditoribus cuiusdam civis Hipponeus ob exactorem iuramenti a pecciaturo a divina iustitia levissimè flagellati. Inquit ergo, Scribitur in cordibus vestris quod dico. Ille qui hominem provocavit ad iuramentum, & sit eum falsum esse iuratum, vincit homicidam. Quia homicida corpus occidit, & iste animam; immo duas animas, & eius quem iurare provocavit, & suam. Scis verum esse quod dicit, & falsum esse quod ille dicit, & iurare compellit. Ecce peccat, ecce perit: tu quid invenisti? Immo & tu peristi, qui de illius morte te satiare voluisti. Fuit hic homo quidem simplex, innocens, bene fidelis, a multis vestris, id est Hipponeusibus, immo ab omnibus cognitus, Tutuslymeni vocatus. Tutuslymeni quis vestrum non novit, qui crues estis? Ab illo audivi quod dico. Nescio quis negavit ei vel quod commendaverat, vel quod ei debebat: & hominis fides se commisit. Commotus provocavit eum ad iurandum. Iuravit ille, iste perdidit: sed isto perdente, ille penitus perdidit. Dicebat ergo iste Tutuslymeni homo, gratias, & fidelis ipsa voce exhibitur, se fuisse ad iudicem, & cum magno impetu, acquerere se perverisse ad Præsidentem excelsum quemdam, & admirabilem virum, cui parebat officium similiter excelsum, iustum fuisse perturbatum retro revocari, & interrogatum iustitia, his verbis: Quare provocasti hominem ad iuramentum, quem sciebas falsum esse iuratum? Respondit illi: Negavi: mihi rem meam. Respondit illi: Et nonne melius erat ut

rem

rem tuam, quam exigebas, perderes, quam animam hominis istius falsa iuratione perimeres? Postquam istis exadi. Casus est tam graviter, ut in dorso vigilantis vestigia plagiarum apparet. Sed dictum est tibi, postquam emendatus est: Parcius humanitas tue: de cetero cave ne ficias, Fecit quidem ille grave peccatum, & emendatus est: sed multo gravius peccatum facit qui post istum neminem servomem, & istam meam admonitionem, & exhortationem tale aliquid fecerit.

VI. **S.** Raymundus in Sum. Lib. I. tit. de iuram. & periur. pag. 89. Quid de illo qui provocat ad iurandum eum quem scit falsum iuratum, vel exigit, vel recipit ab eo iuramentum veritatis contrarium, & scienter? Resp. secundum Gelasium, & Augustinum, quod talis vincit homicidam: quia homicida corpus occidit, & iste animam, immo duas animas, & eius quem iurare provocavit, & suam. 22. quest. v. Si quis provocaverit, & veritas captivus seque. Quid autem dictum est, quod vincit homicidam, intelligit in demum dato: quia malus damnatus est in amissionem animæ quem iuramentum corporum. 24. qu. 111. Si habes: Alias gravius peccat homicida 12. dist. Duo ista mala.

VII. **Th**omas 2. 2. quest. xxviii. art. 4. Et si quidem aliquis pro se ipso exigit iuramentum tanquam persona privata, distinguendum videtur, ut Augustinus dicit in sermone de periuriis. Si enim nescit eum iuratum falsum, & ideo dicit, iura mihi, ut fidei fiat, non est peccatum; tamen est humana tentatio, quia scilicet procedit ex quadam infirmitate, qua homo dubitat alium esse verum dicentem. Et hoc est illud malum de quo Dominus dicit Matti. v. Quid amplius est, a malo est? Si autem scit eum fecisse, scilicet contrarium eius quod iurat, & cogit iurare, homicida est. Ille enim suo periculo se interimat; sed iste manus interficientis impressit. D. Antoninus hinc Augustini, Raymundi, & Thomæ sententiæ accedit II. Part. tit. x. cap. vii. §. 3. Si privata, inquit, persona exigit, hoc faciens, quia dubitat de veritate loquentis; & ideo, ut sit magis certus, exigit, non peccat; sed humana tentatio est. Si autem scit, vel credit probabiliter illum falsum iuratum, peccat mortaliter, quia dat illi occasione ruine in hoc casu. Hæc eadem veritas eruitur ex Concilio Matritensiensi anno 581. in quo hæc habentur. Item pari concilio placuit, quia in universo populi multi peccatis involuti esse dicuntur, qui ambitiosis instinctu sunt perituri

ireriti, ut si quis convictus fuerit, alios ad falsum testimonium, vel peritium, rursus, aut quatuorque corruptione sollicitasse, ipse quidem usque ad exitum non committet; si vero qui ei in peritio consensisse probatur, post ad omni sunt testimonio prohibendi, & secularibus legibus informari non habentur.

VIII. **P**reter laudatos Patres, hanc sententiam, que de iudicando ad iurandum hominem peccaturum, seu de exigente ab eodem iuramentum fit statuit, docent Alesius III. Part. quest. xxxi. memb. 2. art. 6. D. Bonaventura in 111. dist. xxxix. in exposi. dist. dub. 5. & art. 2. q. 3. Richardus ibi art. 3. quest. 3. Paludanus ibi q. 11. Maior q. 3. conclus. 2. Gabriel q. 11. dub. 10. art. 3. Archidiaconus cap. Ille n. 2. 2. q. v. Turrecremata n. unico, & cap. Quamvis 2. q. 1. n. 2. Abulenlis cap. v. Marti. q. cccxviii. Sylvester verb. Iuram. 2. §. 9. qui refert Cardinalem in Clement. unic. de iuramentis, & Pannonitanum in cap. Clericus, Armita n. 33. Angel. verb. Iuram. 3. n. 11. Tabiena verb. Iuram. quest. xxxiii. num. 34. Sotus Lib. VIII. de iustis. quest. 11. art. 4. conclus. 3. Navarra cap. xii. num. 20. Covarruvias de peccis I. Part. §. 6. n. 2. Toletus Lib. IV. cap. 11. num. 10. Sacerdos in clare. Reg. Lib. V. cap. v. Petrus de Ledesma II. Tom. Sum. tract. xi. cap. v. Azorius Lib. XI. cap. xi. q. 11. Grassi II. Part. decis. Lib. II. cap. 11. n. 49. Lessius Lib. II. cap. iv. dub. 10. n. 49. Sylvius in 2. 2. q. xxviii. art. 4. Paulus a Lugduno tract. iv. dist. 11. art. 3. quest. 8. Lacionensis in Collat. cap. x. prosep. 2. Antoine tract. de virtut. cap. iv. quest. x. Wigand tract. x. exam. 5. n. 54. Felix Potestas Tom. I. part. 11. in 2. Decal. prec. cap. 11. n. 1576. Genetius tract. 111. cap. 11. q. xi. Natalis Alexander Lib. IV. cap. iv. art. 2. reg. 21.

IX. **C**ontrarium sententiam defendunt Sanchez Lib. III. in Decal. cap. viii. num. 7. P. Sporer, qui obtrudit, hanc P. Sanchez opinionem communem esse, & quod scilicet veritas, per ea laudat D. Thomam 2. 2. q. xxviii. art. 4. ubi, ut ex textu a nobis supra relato constat, conceptis verbis oppositum docet. Lege Sporer tract. 111. in 2. precep. Decal. cap. 1. sect. 4. pag. 224. n. 158. ubi de hac opinione inquit: Communis Dolorum enim S. Thom. 2. 2. q. xxviii. art. 4. Sarr. Sanchez, Laym. T. amb. Erravit P. Sporer deceptus a P. Tambirino, qui repit Lib. II. in Decal. p. 1. §. 6. num. 1. pro hac opinione laudat D. Thomam. Preter citatos tenent hanc opinionem Trullenchus Lib. II. cap. 1. dub.

dub. 13. *Fagundes Lib. II. Decal. Castropalaus tract. XIV. disp. 1. punct. 10.* Antonius a Spiritu sancto, & Reginaldus *Lib. XVIII. n. 76.* Bonacina *disp. IV. q. 1. punct. 11.* pariter citans D. Thomam, qui, ut dictum est, oppositum docet; solumque publica persona exactiorem concedit iuramentum, de quo infra. Confer nunc cum Patribus, Theologis, & Canonistis, quos supra dedimus, hos paucos recentiores Casuistas, quorum aliqui iuncti meri admonent; & collige necessitatem sepe adcomendati lectores, ne faciles sint in fide adhibenda similibus Casuistis, maxime in Auctorum citationibus, & in statu controversiæ definiendo.

X. Pro hac secunda sententia laudatur tanquam principalis patronus Suarez, qui fidei controversiam vertit *Lib. III. cap. XIV. &* ut est Auctor inter recentiores gravissimus, sincere facit, contrariam sententiam commanem esse, ex Augustino, Tho. Bonaventura, Antonio, aliisque a nobis citatis gravissimis Theologis docti. Ilam aperte non impugnat; sed quibuscumque limitationibus emollire studet. In primis *num. 14.* statuit tanquam certum, ut non determinat se petatur ab aliquo ut iuret id quod falsum esse scitur, nam hoc esset determinate inducere ad perjurium... Qui ergo scit aliquem accepisse talem pecuniam, & determinate petit ab illo ut iuret non accepisse, gravissime peccat, & perivus est, quia directa causa perjurii est... Unde neque in iudicio hoc modo petitur iuramentum; sed indifferenter, iura an hoc fecerit, vel an hoc scias.

XI. Hæc distinctio, cui potissimum fidei, minus solida mihi videtur; & ad id quod ille intendit, nihil conducit. Quandoquidem discernitur illud quod assignat inter formulam secundam exigendi iuramenti in iudicio, *iura an hoc fecerit, vel an hoc scias*, & primam, *iura te non accepisse pecunias*, & profus verbale est. Nam tum in prima, tum in secunda indifferenter a iurante petitur iuramentum. V. g. Paulus pecunias mutuo creditit Franciscum. Hic negat le accepisse pecunias, non intendit illum inducere ad negandum cum iuramento acceptationem; multo minus ad eam cogit, immo positive intendit ne iuret: quia omnino iurandi confirmat veritatem petitionis Pauli, qui invitat Franciscum ad iurandum, non ut iuret, sed ut obligationem iuramenti perterrefactus obmutescat, & silentio aut trepidatione saltem se accepisse pecuniam fateatur. Hinc est intentio Pauli

Quia tamen agnoscit iniquitatem Francisci; certo, vel probabiliter previdet illum petaturum. Sive ergo dicat Paulus, *iura te non accepisse pecunias*, sive *iura non accepisse*, perinde est. Et, si per P. Suarez peccat in primo, peccat quoque in secundo casu: quia æque in primo ac in secundo indifferenter petit iuramentum, seu indifferenter relinquat Franciscum ad iurandum, & non iurandum. Nec Theologorum aliquis disputat, num peccaret Paulus, si induceret Franciscum ad iurandum determinate se non accepisse pecunias quas accepit, seu si induceret ad peiurandum. Nulla de hoc est, vel sui unquam inter Theologos disputatio. Vana ergo & inutilis hæc prima conditio, quam P. Suarez præmittit, ut fundamentum præcipuum suæ conclusionis. Illius vero conditionis nec verbum faciunt recentiores Casuistæ citantes P. Suarez in patrociniis propriæ opinionis. Altera conditio est rationalibus necessitas, seu causa, quam omnes prærequirunt.

XII. Verum, misia opinione P. Suarez, & paucorum Casuistarum, sola sententia sanctorum Patrum, & tum antiquorum, tum recentiorum Theologorum amplectenda est, utpote sola probabilis, & iura. Contraria namque in conspectu primæ neque ab auctoritate, neque a ratione probabilis est. Ratio quam sancti Augustinus, & Thomas pro nostra sententia afferunt, brevis, & evidens est. Finit præcipua ac ferme unicus iuramenti est confirmatio veritatis. Iuramentum falsum, seu perivium non modo non confirmat, sed pervertit veritatem. Ergo nunquam licitum est petere iuramentum a peiuratore. Quia quæ cognitio petens iuramentum prævidet perivium, videt simul finem iuramenti non adesse; & consequenter iniqua est illius petitio.

XIII. Quæst. II. *Homo privatus recipere a peiuratore parato iuramentum licite potest?* Resp. Negantem sententiam defendo, quæ æque ac prima docetur ab Augustino, ut manifeste colligitur tum ex sancto Raymundo citato *num. 6.* ubi clarissime eam tradit, tum ex eisdem Augustini textu, & ex ratione assignata a D. Thoma. Eam quoque propugnant communiter Auctores citati n. 8. quam eorum aliqui oppositum teneant, ut Sylvestr. Armilla, Sotus. Sed, ut dixi, communior sententia est, licitum non esse recipere a parato recipere perivium. Quoniam, sive exigatur, sive recipiatur iuramentum, semper ratio assignata a D. Thoma æque urget, scilicet non consistere iuramenti finem, qui est confirmatio veritatis, quæ nullo modo

do habetur per perivium. Præterquamquod, ut peroptime notat Sylvius *loc. cit.* licet videantur homines ad iurandum parati, reipsum voluntatem iurandi non habent, sed sacrilegam deliberationem concipiunt, dum ad iurandum argentur, seu dum via illis aperit evadendi discrimen medio iuramento. Et admisso quod parati essent, recipiens iuramentum causa tempo est ut interim perivium opere extempore compleatur, Deique nomen pollinatur.

XIV. Quæst. III. *Personæ publicæ, ut iudici, licitum ne est secundum ordinem iuris exigere iuramentum ab eo quem novit, vel suspicatur peiuraturum?* Resp. Admirant sanctus Thomas *loc. cit.* & communiter omnes cum eodem. Si aliquis (inquit Angelicus) exigat iuramentum tanquam persona publica, secundum quod exigit ordo iuris, ad petitionem alterius, non videtur esse in culpa, si ipse iuramentum exigat, sicut sciat cum falsum iurare, sicut sciat quia non videtur ille exigere, sed ille ad cuius instantiam existit. Ut tamen etiam in iudice eiusmodi iuramenti petitio a peiuratore licita sit, plures conditiones requiruntur. In primis pro antiquiorum iuramentum debet sanctitatem & religionem iuramenti. Deinde actorem urgere ut iuramentum remittat. Explorare inluper tenetur, an bona, vel mala fide actor iuramentum petat. Quod si actor præciret, alterum fore peiuraturum, & iudex hanc actoris iniquitatem deprehenderet, tunc iudici non liceret petere iuramentum a peiuratore: quoniam non potest iudex iniquam actoris pollutionem iuris, & auctorem iuris ordo præcipit ut iudex concedat petenti quod evidenter insum; & divine maiestati iniurium cognoscit. Tunc ergo iudex exigere iuramentum licite ab eo quem novit peiuraturum, potest, quando actor, qui bona fide credit adversarium non fore peiuraturum, iustat, & urget iudicem ut cogat partem adversam iurare. In his circumstantiis iudex tenetur administrare iustitiam secundum ordinem iuris; atque adeo habet iustam causam, seu necessitatem non impedendi perivium.

XV. Que diæta sunt, ad causas criminales non extenduntur: in quibus, si accuator defecerit in probationibus, velletque iudicem

com exigere a reo iuramentum, iudex, sive credat, sive non credat reum peiuraturum, non potest ab eodem iuramentum exigere. Similiter, quando iudex deprehendit testes ad falsum testimonium ferendum contra reum paratos, vi officii sui tenetur omni via eos repellere, etiam si reus taceat; ut colligitur ex casu. *Querendum causa XI. quæst. VIII.* Denique, quæcumque causa agatur, sive civilis, sive criminalis, iudex ab utraque parte non potest iuramentum exigere, ut patet ex Concilio Valentino III. anno 455. *can. 8.* ubi hæc habentur. *Quia impia, & Deo inimica, & christiane religionis unitis contraria, ex iniquissima, ac detestabili consuetudine quædamdam secularium legum consuetudo invaluit ut in forensi iudicio litigantes ex utraque parte contententium æqualiter iuramentum dare cogantur, ubi sine duobus duobus contra se iuravitibus unus perivus efficitur: tanti sceleris immunitatem, & animarum perditionem dolentes, statimimus ut quicumque suo iuramento legitime dato, quod secundum legem divinam omnis humane controversiæ finis esse debet, alterius et contrario iuramentum non opponere presumpserit, ab ipsis luminibus Ecclesiæ, quæ suæ impietati profuerunt, exclusis, omnino Christianitatem consortio, atque convivio reddatur extraneus, nisi fide continuo adnotatus ad agendam penitentiam tanti reatus humili satisfactione inclinaverit.*

XVI. Quæst. IV. *Licitum ne est Christiano petere iuramentum, iusta occurrente causa, ab eo quem scit iuraturum per falsos deos?* Resp. Admirantem sententiam cum Augustino, & Thoma docent omnes Theologi, & Summi hæc. Advertas tamen vellem, aliud esse inducere ad iurandum per falsos deos, quod nunquam licet, ut docet Angelicus; aliud esse petere iuramentum ab eo quem prævidet iuraturum per falsos deos, quod iusta interveniente causa licitum est. Audiatur Augustinus epistol. civ. ad Publicolan. *Alia ergo quæstio est, utrum non peccet qui per falsos deos sibi iurari fecit, quia ille qui ei iurat, deos falsos colit. Cui quæstioni possunt illa testimonia suffragari quæ ipse commemorasti de Laban, & Abimelech, si tamen Abimelech per deos suos iuravit, sicut Laban per Deum Iacob: Hæc, ut dixi, alia quæstio est, quæ me merito fortissimè moveret, nisi ista exempla occurrissent de Isaac, & Iacob, & si quæ alia possunt inveniri. Si tamen illud non adhibeas motus quod in novo testamento ad eum est, ne omnino iurantes: quod quidem mihi propterea dictum videtur, non quia res*

rum iurare peccatum est; sed quia peiorare immaniter peccatum est: a quo nos longe esse volumus: qui omnino iuramentum admonuit... Proinde placet ut non iuras, ita nec alium, si hoc facit, iurare compellas. Quamvis dictum sit, ne iuramus: nunquam autem in Scripturis sanctis legi meminimus, ne ab alio iuramentum acciperetur. Alia vero questio est, utrum ea pace debeat uti que inter alios iuramentum iurante facta est. Quod si noluerimus, ubi vocamus in tertis, nescio utrum invenire possimus. Neque enim tantummodo iuramentum, sed iuramentis proximitas pax conciliatur iuratione barbarica.

XVII. Hanc Anselmi doctrinam pauca, & clare more suo Angelicus exponit 2. 2. quæst. xcviii. artic. 4. ad 4. Dicendum, quod licet malo uti propter bonum, sicut & Deus iuratur; non tamen licet aliquem ad malum inducere. Unde licet eius qui per falsos deos iurare paratus est, iuramentum recipere; non tamen licet eum inducere ad hoc quod per falsos deos iuret. Igitur, dum Christianus ab Ethnico petit ut iuret, rem licitam, cuiusmodi est iuramentum, petit. Quod autem Ethnicus iuret, non per verum Deum, sicut posset, sed per falsos deos, ex eiusmodi malitia est eventus. Posset hoc sacræ Scripturæ exemplis confirmari, videlicet iuramentis inter Abimelech & Isaac, & inter Laban & Jacob. Sed hæc non valde urgent; cum certo non constet, Abimelech, & Laban per falsos eorum deos iurasse: Verum conclusio non eget confirmatione; cum omnes Theologi unanimes sententiam doceant. Aliqui tamen limitant eam, solumque licere voluit dictam petitionem, quando infidelis paratus sit ad iurandum. Ceterum cum muniter Theologi iustinent, licitum quoque esse, gravi urgente causa, ut est confirmatio publicæ pacis, petere, & adigere infidelem ad iurandum; quamvis prævidetur iuraturus per falsos deos. Neque verbale discrimen est, dum dicimus, non esse licitum inducere ad iurandum per falsos deos, licere vero petitionem cum prævisione certa iuramenti per falsos deos faciendi. Quoniam, etsi mihi constet, infidelem nonnulli per falsos deos iuraturum; attamen, dum ego peto iuramentum, quod absolute per Deum ego peto, non proferre valet, honestam rem ego peto; & nullo modo in illius consensio malitiam, qua per deos falsos iurat; sed illam tantum permitto. At, si determinate inducere ad iurandum per falsos deos, ad id quod est positive malum, impellerem, & consequenter a culpa immunis minime essem.

XVIII. Obicitur 1. Qui exigit, vel recipit iuramentum per falsos deos, eiusmodi deos venerat: quoniam iuramentum est cultus divinitatis. Sed deos falsos colere peccatum est. Ergo & recipere iuramentum per falsos deos. Resp. Qui exigit, vel recipit iuramentum per falsos deos factum, deorum venerationi nullo modo alenditur; sed solum confirmationi veritatis. Qui (ait D. Bonaventura III. Sent. dist. xxxix. art. 2. quæst. 11.) recipit iuramentum per idolum factum, non consensit idoli venerationi; sed veritatis confirmationi, ut firmum sit verbum, & solidum maneat pactum. Quantum ad hoc non est ibi peccatum: quia recipit quod iuratum est; quod vero ibi malum est, detestatur. Neque exigens, aut recipiens iuramentum dat occasionem peccandi; sed utitur iure suo, tuendi scilicet sui sumum aut in publico fodere, aut in privato summi momenti contractu, aut in simili urgente necessitate. Quemadmodum occasione peccandi non exhibet usurario qui, ut propria lucraretur necessitati, mutuum ab eodem petit cum onere solvendi sensu.

XIX. Obicitur 2. Non licet petere ab eo qui prævidetur sacrificaturus idolis, ut sacrificet; neque a mago, qui prævidetur curaturus infirmum per magiam, seu præstigia, licitum est petere ut curet eundem ægrotum. Resp. Negatur consequentia. Ratio discriminis patet. Sacrificare idolis, curare præstigiis infirmos, actus sunt intrinsecus, & suapte natura mali; nulloque modo pro humano consorcio sive necessarij, sive utiles. Iuramentum genere suo actus religionis est: idcirco solus Christianus ab Ethnico polulatur. Quos sola, non per verum Deum, sed per idola, infidelis iuramentum illud exequatur, id est eundem iniquitate ortum dicit.

XX. Obicitur 3. Non est licitum petere iuramentum ab homine christiano peiaturato: ergo neque ab infideli per falsos deos iuratur. Resp. Negatur consequentia. Discrimen manifesta est. Dum petitur iuramentum ab infideli iuraturus per idola, haberi potest bonum fidei, seu fidelitatis, & præcipuus finis iuramenti, nempe confirmatio veritatis. Quare, habito hoc sine, iusta occurrente causa, permitti potest infidelis malitia confirmandi veritatem per falsos deos; ut optime Augustinus laudata epistola ad Publicolam prope initium: *Qui iuratur fidei illius quem constat iurasse per deos falsos, & utitur non ad malam rem, sed ad licitam, & utitur non peccato eius se sociat, quo per deo-*

demonia iuravit, sed bono pacto eius quo fidem servavit. Quam responsum exhibet etiam D. Thomas loc. cit. ad 4. Alia tamen ratio videtur esse in eo qui per verum Deum falsum iurat: quia in tali iuramento desit bonum fidei, quia utitur aliquis in iuramento illius qui verum per falsos deos iurat, ut Augustinus dicit ad Publicolam. Unde in iuramento eius qui falsum per verum Deum iurat, non videtur esse aliquod bonum, quo uti licet.

XXI. Obicitur 4. contra primam conclusionem. Qui exigit iuramentum a peiaturato, non periturum, sed iuramentum petit, quod vere præstare potest; & id petens intendit. Quare nullus est in peiurium consensus; sed tantum permissio illius, causa necessitatis urgente. Immo addit P. Sanchez loc. cit. n. 7. non requiri necessitatem; sed satis esse quamlibet notabilem utilitatem: quod exemplo illius qui iuras petit ab usurario parato confirmat.

XXII. Leon rdus Vanroi tract. iv. cap. v. quæst. iv. num. 4. licet communis nostre sententia accedat, calum tamen obicit, in quo a peiaturato licitum esse contendit iuramentum petitionem; ut, cum tutor causam tuetur pupilli ex officio, quam nonnulli iuramentum exactioe defendere valet. Ne igitur iactura litis sibi imputetur, & ad damna pupilli relaxanda compellatur, adversam partem ad iuramentum urget, quamvis eam peiaturatum certo sciat: additque in his circumstantiis hanc iuramenti exactioem ab omnibus putari licitam.

XXIII. Resp. Mirum est, Auctorem hanc, qui in sui Libri fronte sibi honori verit ex profugabili claritas, & veritatis Doctore M. P. Augustino Theologiam tradere, non sibi postea religioni ducere sententiam amentissime Augustino, cuiusque discipulis contrariam propagare. Ad obiectionem ergo responderetur, commentitiam esse prævisionem illam petendi iuramentum, & non periturum; dum petens prævidet certo, aut probabiliter iuramentum peiaturatum. Eiusmodi præcio lubilit, dum quis petit iuramentum per falsos deos: quia in hoc iuramento reipia habetur finis iuramenti, qui est confirmatio veritatis. Similiter, dum quis ab usurario petit mutuum cum onere solvendi iuras, finis mutui, qui est sublevatio indigentis, consistit. Idcirco optime dicitur, quod petens hunc finem intendat, & idolatriæ, ac iuræ peccata permittat. At, cum petens prævidet certo, aut probabiliter iuramentum peiaturatum, nil boni, seu nihil illius quod ad finem iuramenti per-

tinet, sperare, vel intendere potest: non bonum veritatis confirmanda, non bonum fidelitatis, non divina maiestatis exaltationem, nihil denique, nisi & divina maiestatis læsionem, & veritatis destructionem. Satis minime est ut exigens iuramentum intendat abstractione quadam metaphysica, aliquid boni, sed requiritur ut actio præstanda ab eo qua petitur, aliquid boni contineat bonæ intentioni petentis respondens; quemadmodum in mutuo utilitarii, & iuramento per falsos deos patet, ubi & iurans veritatem firmat, & mutuator sublevari indigentem: que bona ad talium actuum naturam pertinent. At in peiurium nihil omnino, sub quocunque aspectu accipiatur, boni elucet, quod naturam deceat iuramenti, non veritatis, non bonæ fidei confirmatio, non divina maiestatis cultus.

XXIV. Reponunt, bonum relucere pupilli petentis, videlicet reparacionem bonorum, quorum iactura obnoxius tutor foret, nisi in defendenda pupilli causa iuramentum a peiaturato exigere. Sed hoc effugium inane est. Hoc enim posito, nulla tam execrabilis actio foret que licite fieri nequiret. Hac ratione quis posset ob tuendam salutem formicari, & a præligatoribus, & a magis præstigia petere, quibus multa abigeret incommoda, & plurima bona sibi compararet. Quare valde expectatus & cætus sit lector oportet in eiusmodi argumentis ab unius actionis ad alteram paritate petitis. Sæpe enim dissimulando non est valde aperta, & obvia, ut patet in præsentis comparacione iuramenti per falsos deos cum iuramento falso per verum Deum. Est tamen præcisa discrimen: quia revera iuratio per falsos deos confirmat veritatem, licet secum deferat malitiam idolatriæ, quam, urgente causa, petens iuramentum permittit; que confirmatio finis proprius est ipsius iurationis. Iuratio falsa per verum Deum non firmat, sed pervertit veritatem. At ego, inquis, non periturum, sed iuramentum peto. Tu petis iuramentum, non utcumque, & abstracte, sed in confirmacionem veritatis. Sed, cum prævides illum peiaturatum; unde sperare valet veritatis confirmacionem, que est iuramenti finis? Tua intentio, quamvis bona, nequit actionem ipsa pravam honestare; sed exigitur quod ipsa actio quam petis, comparet ad finem in quem suapte natura tendit, bona sit, ut est iuratio per falsos deos, que per se confirmat veritatem, & collatio mutui; que sublevari penuriam mutuatarii. At periturum undequaque malum est. Et

hoc discrimen est: *pro oculis* habendum. Denique in similibus controversis non debes multum indulgere humano ratiocinio: nam, si acumen praestat homo, facile est ipsi fallaciter & commenta excogitare, positum in eis quae sunt libera. Sed auctoritati Sanctorum adherendum est. Porro Sancti, & communissime Theologi damnant petitionem iuramenti a peiuratio, concedunt vero exactiorem iuramenti a iuratio per falsos deos. Discrimen vero quod ego solum explicui, brevi D. Thomas assignat loc. cit. ad 4. *In iuramento falso (alienis per verum Deum) desit bonum fidei, qua vivitur aliquis in iuramento, illius qui verum per falsos deos iurat. Unde in iuramento eius qui falsum per verum Deum iurat, non videtur esse aliquod bonum, quo uti liceat. Eandem disparitatem exhibent Augustinus, Bonaventura, alique tum sancti Patres, tum Theologi. Quid itaque urgere pergis inanes precationes tampridem labefactas?*

XXV. Ad confirmationem autem Vnroi, aliorumque qui honestate volunt praestant petitionem ob bonum ipsius petentis, respondeo, hanc eandem rationem allegasse Tuolumyeni, iacturam scilicet suorum bonorum, quae non perderet, iuramentum ab iniurioso possessore peti. Hanc ille exultationem adducit excollo Praesidentis, illum interroganti his verbis supra num. 5. ex Augulino relatis: *Quare procecasti hominem ad iurationem, quem crebas falsum esse iuraturum? Respondit ille: Negavit mihi rem meam. Responsum est illi: Et nomine melius erat ut rem tuam, quam exigebas, perderet, quam animam hominis istius falsa iuratione perimeres? Praestatus iustus est ead. Casus est tam graviter, ut in dorso exultantis vestigia plagarum appereant. Sed dictum est illi: Pariter innocens tua. De cetero cave ne facias. Fecit ille quidem grave peccatum, & emendatus est, sed multo gravius peccatum faciet qui post istum sermonem, & istam meam admonitionem, & exhortationem tale aliquid fecerit. Audiat Vnroi, & audiantque recentiores Casuista illi qui populum christianum docent, posse ad vitandum quaecumque notabilem bonorum temporalium iacturam iuramentum peti a peiuratio: audiant, inquam, Augustinum dicentem, paritum fuisse innocentie hominis rudis, & simplicis, tale iuramentum petentis; simulque lubentem, nequaquam parcendum fore illis qui post iuramentum, admonitionemque tale quiddam fecerint, aut docuerint. Colligant, an sola*

corporis flagellatione elaturi sint crimen quod perpetrant, dum post Augulini sermonem, & istam admonitionem docent, Christianos posse a peiuratio iuramentum petere ob quaecumque bonorum notabilem iacturam vitandum.

XXVI. Pulsat adhuc P. Suarez loc. cit. n. 13. Non peccat index in iudicio iuramentum exigens: quia utitur iure suo, & utitur malo alterius, ut satisfaciat muneri suo, & parti petenti, & Reipublice, quia debet procedere secundum publicam scientiam, & praesumptionem: aliqui multa maiora mala in Republica contingerent. Hinc etiam patet non peccare actorem, etiam si persona privata sit, petendo ius suum per iudicem, & per eum exigendo iuramentum a debitore, vel reo, quavis utrumque peiuraturum sciat: quia non sine bono usu, & utilitate hoc fit. Accedit reum non debere ex sua malitia commodum reportare. Magnus autem commodum illius esset, si non posset scire inflare apud iudicem ut ab eo iuramentum exigeret. Denique nunquam potest esse tanta certitudo de futuro periurio, quin dubitari possit, an pernoctans sit reus ad dicendum verum timore vel penarum, vel infamiae periurii. Item in iuramento pure assertorio potest esse utilitas vel obtinendi veritatem, vel, si ille falsum dicat, habendi occasione postea convincendi illum. Haec sunt argumenta P. Suarez totidem verbis repetita, quae illum vacillare, & fere recedere a communissima & Patrum, & Theologorum sententia coegerunt.

XXVII. Resp. Mirum est salibus argumentis pernoctum fuisse doctissimum virum, ut a communi recederet sententia. Istorum namque fallacia manifesta videtur. Quid? Index potest ut persona publica: ergo & homo privatus? Index imperare potest homicidium: ergo & vir privatus? Quot sunt actionum genera quae licent iudici, & Principi, secus privatis hominibus? Haec tamen gratis dicta sunt. P. Suarez supponit tamquam certum, posse actorem per iudicem adigere ad iurandum eum quem praeficit peiuraturum. Sed hoc tamquam manifeste falsum ab omnibus Patribus reicitur. Nam, dum S. Thomas cum aliis ait, ad actorem petitionem iudicem posse exigere a peiuratio iuramentum, non intelligitur id iudicem scitum esse, dum ipsi constat, actorem scire suum adversarium fore peiuraturum. hoc casu tum index, tum actor peccarent, ut iam supra dictum est. Sed tum dumtaxat

xat absque culpa potest, quin adstringitur iudex exigere iuramentum ab eo quem privata scientia praeficit peiuraturum, cum urgetur ab actore innocente, & bona fide supponeute suum adversarium non fore iuraturum falsum: qua in positione index, tamquam minister publicus, innocentem petitionem actoris suo imperio executioni demandat. Privata scientia iudicis tunc quid omnino sciendum est ab officio persone publicae, quam index sustinet in iuramenti exhibitione. Immo, quatenus index, induit bonam fidem actoris petentis innocentem iuramentum; ac proinde, ut index, secundum allegata, & probata ignorat reum fore peiuraturum. Conruit ergo utriusque argumentum P. Suarez, supposito, ut dicitur, falso innixum. Peccant utique tum index, tum auctor, quando praesentes periurum, adigunt reum ad iurandum. At iudex privata solummodo scientia praevident periurum, excusatur, si ad instantiam actoris, qui credit ad veriam partem non fore iuraturum nisi veritatem, iuramentum exigit. Alia quae adiciuntur, nullius sunt momenti. Colligat nec ne reus commodum ex sua malitia; mediis illicitis cogi non potest ad veram confessionem. Dum praecedit sententia plena probatio, non tenetur iudici interroganti respondere. Quid inde? Praefragitur adigi nequit ad curandum infirmum alio periglio. Ergo ex sua iniquitate commodum colligit? Nunquam potest esse tanta certitudo de periurio futuro, quin sperari veritatis confessio possit. Quid hinc inferitur? Perperam id obicitur. Ad actionem bonam, aut malam sufficit vel moralis, vel valde probabilis certitudo. Dubitationes illae abstractae de possibili veritatis confessione non sunt regulae actionum humanarum. Ad id quod postremo loco actur, iam ex dicto ratio patet. Utilitas quae ex actione aliqua consistit, perperam obtrudit ad evadendam evidendam actionis honestatem. Hoc namque non modo evangelicae, sed ethicae quoque Philosophiae repugnat. Non dubitarunt adversarii hoc coniectarium traducere tamquam iniuriosum P. Suarez, quem doctissimum initio appellavi. Qua aequitate id egerint, iudicent sapientes.

XXVIII. Quael. V. An qui inducit alium ad iurandum falsum, quod iurans bona fide putat esse verum, ipse vero qui inducit, scit esse falsum, peccet? Resp. Communissima Doctorum, etiam recentiorum, sententia adfirmatè respondet. Rem exemplo declarat

Tamburinus. Sunt quaedam officia quae in pluribus civitatibus non nisi eorumdem civibus imperentur. Titius a pluribus civibus, a pluribus incolis reputatur. Illis neglectis, illos qui civem ipsum existimant, ad iurandum inducit in suum favorem, quoniam ipse certo sciat se esse incolam. Titium periurii reum damnat absolute & ipse Tamburinus Lib. II. cap. 1. §. 6. num. 5. Et ratio obvia est. Nam iurans ideo excusatur, quia inevitabiliter putat esse verum quod iurat; ad inducens nulla laborat ignorantia. Nec est quod opponas, Titium non iurare. Nam tamen non propria, aliena tamen lingua peccat. An qui aliena manu furatur, non peccat? An qui ebrius ad blasphemandum aut infantem ad concuclandas imagines insultat, immunitis a culpa est?

XXIX. Pater Tamburinus loc. cit. num. 7. ingenuè fateatur, se post aliquot mentes profunde meditationis reperisse discrimen inter allata exempla & propositum casum. Sunt, inquit, actiones furandi, blasphemandi, & concuclandas imagines suo genere etiam materialiter pravae; nullumque in illis reperitur bonum formale; reperiri vero sibi videtur hoc bonum formale in iuramento materialiter falso. Subtilis atque, concludit, videtur. Sed certe vera distinctio, ut, si peccaretur, censenda sit in posterum probabilis Hortadi hoc modo explicata sententia. Ego sane hanc distinctionem non peneo; & propterea non subtilis, sed inanis, & fallax mihi est. Quoniam periurium genere suo non minus ac blasphemia, furum, & ceterae actiones similes, malum est. Quod autem quae propria, aut alterius lingua periurium perpetret, res omnino materialis est. Licet respectu iurantis bonum formale, nempe actus religionis, in iuratione praefata reperitur; respectu tamen inducentis periurium est. Quis, quaelo, interdui quod quis suo, aut alterius ore utatur ad falsum iurandum? Bonum formale iurantis non valet huc melare inquam voluntatem, ac varam alienationem illius qui, ut falsum iudicet, maius instrumentum usus fuit. Sagacitas isthac non minuit, sed auget malitiam. Idcirco, tamquam laxa, opinio haec recitanda est. Patricius Sporer tract. 111. cap. 1. sec. 4. num. 161. pag. 225. inquit: Ego percipio in communi sententia simpliciter non licere; est in casu difficili aliquando commiserim. Viden? In negotiis pervis communem, in difficultibus, in quibus consulendum sit commodis, conserlationis bonorum, divitiarum &c. la-

xam, unius aut alterius Casuile profidio nixam, opinionem se sequi aiunt. Næ mirifica Theologia hæc!

XXX. Sententiam igitur nostram defendunt gravissimi Theologi, Suarez, Valquez, Sanchez, Lugo, Pontius, Martinez de Prado, Contrariani, propugnat Hurtado; Quintanadenas, Diana, & Tamburinus probabiliorem reputant. P. Moya ad *trac. 11. de Reliq. append. disp. 1. Mifc. quæst. vii.* ultra probabiliter adicit securitatem. Argumenta quæ adduximus, solvit, Tamburini responsiones exhibendo. Inquit ergo primum, Deum non adduci in telem salutaris, quia iurans verum, ut est in mente sua iurat. Hoc quidem evincit, iurantem non peccare; lecus inducentem, qui licet expresse non intendat ut iuret falsum, id tamen repta intendit. Nam, ut exemplo adducto a Tamburino utamur, Titius evidenter falsum esse agnoscit quod iurans reputat esse verum: & repta falsum est. Dum itaque iurans adfirmat sub iuramento verum id esse, per iurum materiale perpetrat.

XXXI. Respondet P. Moya, in hoc casu non committi per iurum materiale. Cur? Quia, inquit num. 2, qui sub iuramento affirmat quod verum putat, non iurat falso, nec hoc iuramentum esse materialiter malum, quia materialiter esse malum non forsitur iuramentum ab obiecto aliter se habente; sed a iurando contra mentem. Hac doctrina aperte falsa est: quia, dum quis contra mentem iurat, committit per iurum formale, non materiale. Quemadmodum ergo qui induceret Arlenium ad concubendum cum Berta, quam ipse putat per errorem esse suam uxorem, committeret adulterium formale, quod materiale esset respectu Arlenii; ita omnino dicendum id quod si verum, ille falsum reputat. Speculationes P. Moyæ nimis exiles sunt; idæo negligenda. Auctor iste passim laxas opiniones docet; aliorum Theologorum sententias minus sincere refert: ideò damnamus et ab Ecclesia. Et tamen sunt qui frequenter eiuſdem laxas opiniones laudant tarquam probabiles.

## CAPUT IV.

De consuetudine iurandi. Scriptura sacra, Patres sancti, & Concilia iurandi frequentiam exccerant.

I. Scripturarum, Patrum, & Conciliorum minas, severaque pecnas se-

rio reputamus animo quas ad verus facilitatem, nedum consuetudinem iurandi vibrant, maximo consuevit timore, & ad cohibendam linguam, ne in iuramenta erumpat, magnopere incitatur. Contra si metaphysicas libertates; si innumeras distinctiones attendimus quas recentiores Casuiste non pauci invexerunt; timor & reverentia iuramenti evanescit, iurandi consuetudo parum, aut nihil horrois incuit, ideoque familiaris exadit. Ut ego pro modulo meo divini nominis reverentiam in humanis cordibus excitem, ut linguam a facilitate iurandi coerceram, hoc in capite Scripturarum, Patrum, & Conciliorum doctrinam in medium adducam; in sequenti Casuistarum opiniones recensendo.

II. Si, missis humanæ ratiocinationis inventis, sola præ oculis haberentur oracula Scripturarum, ea satis superque forent ad exterminandam detestabilem illam iuramentorum asuetudinem quæ ubique gentium obtinet. Audi itaque quæ Deus prescribit Ecclesiasticis xxxiii. verſ. 9. & leg. Iuratiōni non assueſcat os tuum, multi enim casus in illa: verſ. 10. Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum non admiscearis; quoniam non eris immovis ab eis. Sicut enim servus interrogatus assidue, a livore non minuitur; sic omnis iurans, & nominans, in toto a peccato non purgabitur. verſ. 12. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet a domo illius plaga. verſ. 14. Et, si in vacuum iuraverit, non iustificabitur. reprobatur enim retributione domus illius. Item cap. xxvii. verſ. 15. Loquela multum iurans horripilationem capiti statuet: & reverentia ipsius obturatio aurium.

III. D. Ioannes Chryſostomus in Matth. cap. v. Nemo est qui frequenter iuret, qui aliquid non periret: sic qui consuevit multum loqui, aliquando loquitur importuna. D. Ambrosius de Exhort. Virg. cap. xi. Quid nos Scriptura admonet, consideremus. Non iurandum facile, quia plerumque multi casus accidunt, ut non possimus implere quod iuraverimus. Qui autem non iurat, utique non peccat: qui autem iurat, aliquando necesse est incidat in perjurium; quia omnis homo mendax. Noli ergo iurare, ne incipias peccare.

IV. D. Augustinus de ferm. Domini in mente Lib. I. cap. xxx. Ergo intelligitur precepisse Dominum ne iuret, ne quicquam faciat bonum appetat iurandum, & assiduitate iurandi ad perjurium per consuetudinem delat-

delabatur. Quapropter qui intelligit, non in bonis, sed in necessariis iurationibus habendam, referat se quantum potest, ut non ea iuret, nisi necessitate, cum videt pigros esse homines ad credendum quod eis vult esse credens, nisi iuratione firmetur. Ad hoc itaque perinet quod dicitur (Matth. v.) Sit autem sermo vester, Est est, non non. Hoc bonum est, & appetendum; quod autem amplius est, a malo est: id est, si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades. Quæ infirmitas utique malum est: unde nos quotidie liberari deprecamur, cum dicimus: Libera nos a malo. Itaque non dixit, Quod autem amplius est, malum est. Tu enim non malum facis, qui bene uteris iuratione, quæ est non bona, tamen necessaria est, ut aliter persuadeas quod utiliter persuades: sed a malo est illius cuius infirmitate iurare cogeris. Sed nemo novit, nisi qui expertus est, quam sit difficile & consuetudinem iurandi extinguere, & nunquam temere facere quod nunquam facere necessitas cogit.

V. Fulsus hoc argumentum verfat Augustinus explicans illa verba Apostoli Iacobi cap. v. Ante omnia nolite iurare: ubi prædicto hoc principio, Falsa iuratio exitiosa est, vira iuratio periculosa est, nulla iuratio secura est, post modum sermonis, qui est cxxx. ad xxxviii. de verbis Apostoli hæc habet. Quare ergo ante omnia? Isto verbo quod ait, Ante omnia, cautos nos fecit aduersus linguam nostram. Ante omnia ait, ut attentatis præ ceteris, ut vigilatis, ne surrepat vobis consuetudo iurandi. Tanguam in specula ita posuit te contra te. Ante omnia levavit te super cetera, unde te attendas... Nolle ut diceret tibi, Ante omnia, ut aduersus consuetudinem intentissimum reddere; ut omnia tua inspiceres, omnes motus lingue tue diligentissime custodires, esses custos malæ consuetudinis tue? Ad eam constringendam, audi, Ante omnia. Dormiebas, pungo. Ante omnia, spiritus admoceo. Quid est, ante omnia? Ante omnia vigila, ante omnia iutus esto. Iurgatus es & non passim, habuimus istam terribilem consuetudinem, & mortificam. Dico caritati vestre, ex quo Deo servire cepimus, & quantum malum sit in perjurio, vidimus, timuimus vehementer, & veterosissimam consuetudinem timore frenavimus. Fremata restringitur, restricta languescit, languescens emoritur, & male consuetudini bona succedit... Sed aliud habet humana pessima consuetudo. Et cum tibi cre-

ditur, iuras, & cum nemo exigit, iuras, & horribitibus hominibus iuras: non taces iurando, vix es sanus non perjurando.... Istam ergo consuetudinem quotidianam, crebram, sine causa, nullo extorquenti, nullo de tuo verbi dubitante, iurandi, avertite ab ore vestro, Sed consuetudo est, solet dici. Solet dici, quando non dico: Hoc est ante omnia. Quid est, ante omnia? Præ ceteris cautus esto, plus ad hoc intentus esto quam ad alia. Malor consuetudo maiorem intentum flagitat, non rei levis consuetudo. Si de manu aliqui faceres, facilius manui tue inciperes non faceret. Si pedibus aliquo eundem edidit, pigritia retardante excitare te, ut surgeres, & ires. Lingua facilitatem habet motus: in ideo posita est, facile in lubrico labitur. Quanto illa ditius, & facilius movetur, tanto tu aduersus illam fixus esto. Domabis, frivigilabis; vigilabis, si timebis, si Christianum te esse cogitaveris.

VI. Innumeros Conciliorum canones adferre isthuc possem; sed unum aut alterum tranſcribam. Innocentius III. cap. Esti Christianus extr. de iur. iurand. inquit: Quodam prohibentur, quia per se mala sunt, ut Furtum, adulterium, & incestus, quæ non sunt aliquatenus facienda. Quodam vero prohibentur ex causa, non quia per se mala sunt, sed quia, si sunt frequentes, & multæ, ex his mala sequuntur: ut vinum per se malum non est, & tamen prohibet Apostolus dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: quoniam ex frequenti, & immoderata vini potatione luxuria generatur. Sic & iuramentum per se quidem malum non est, cum sit confirmatio veritatis; sed tamen prohibetur ex causa, quoniam ex frequenti, & incauta iuratione per iurum saepe contingit.

VII. D. Thomas doctrinam Scripturarum, Augustini, & ceterorum Patrum, paucis comprehendit 2. 2. quæst. lxxxix. art. 2. ad 1. Dico vobis, non iurare omnino; ne scilicet iurando vobis, facilitatem iurandi perveniatur, & exactitate iurandi ad consuetudinem, & a consuetudine in perjurium declinetur. Et ideo non invenitur iurasse (Apostolus) nisi scribens, ubi consideratio cautor non habet linguam precipientem.

VIII. Catechismus Concilii Tridentini Part. III. de 2. præcep. cap. 111. sect. 13. hæc habet. Itaque iuramentum primum quidem consideret, utrum necessitate cogatur nec ne; remque totam accurate expendat, an eiusmodi sit ut iurandi non indigere videatur: tempus pra-

terea spectat, heum attendat, aliique permulta que rebus adfecta sunt, circumspiciat: non edo, non amore, aut animi perturbatione aliqua impellatur; sed ipsis veiri, & necessitate. Etenim, nisi hec consideratio, & diligens animadversio intercesserit, sane iurandorum preceptis, & temerarium erit: cuiusmodi est illorum irreligiosa affirmatio qui in re levissima, & inani, nulla ratione, aut consilio, sed prava quadam consuetudine iurant. Id vero passim quotidie a venditoribus, & emptoriis fieri videmus. Nam illi ut quam plurimum vendant, hi rursus, ut quam minimo emant, res venales vel laudare, vel vituperare iurandorum non dubitant. Item lect. 19. Sed tamen iurandi necessitas excusationem habet. Et quidem, dum inquit Salvator: Sit sermo vester, Eit, est, non, non, hac loquendi formula factis declarata, se iurandi consuetudinem in cogitatione, & levitate rebus prohibere. Quatuor illud precipue a Domino admonetur, ne faciles nimium, & propensi ad iurandum simus; idque sedulo docendum erit, & sedulius avibus inculcandum: infinita enim fere mala ex iurandi nimia consuetudine emanare, & sacrarum litterarum auctoritate, & sanctissimarum Patrum testimonio comprobatur.

IX. Ex his duo parent: alterum, consuetudinem iurandi malam esse, & plurimum flagitiorum originem: & facilitatem iurandi ad peritrium viam aperire, & re ipsa hominem qui facile iurat, in peritrium prolabi. Adeo familiaris est humane lingue lapsus, adeo imbecilla humane mentis ratio, ut fieri nequeat aliquem sepe iurare, quin in peritrium prolabatur. Sacra Scriptura, & Patres omnes non tam peritrium, quam causam peritrii, que est frequentia, & assuetudo iurandi, improbant, & damnant: solumque necessarium permittunt iuramentum. Hec est Scripturarum, & Patrum doctrina.

## CAPUT V.

Plurium recentiorum Casuistarum de iurandi, quin de blasphemandi consuetudine, doctrina, que Scriptura, & Patribus adversatur.

UT quisque iudicium ferre valeat, utrum doctrina plurium recentiorum pugnet cum doctrina Scripturae, & Patrum non aliud prestat, quam illorum regulas, distinctiones, & opiniones recensere. Et primo illorum nemo consuetudinem iurandi appro-

bant; illam tamen sub toto aspectibus representant, ut, si nimis innocenter, saltem parum noxiam propugnent. Paucis, que docent illi, perstringam.

II. Consuetudo quadam animi habitu est, seu facilitas ex frequentatis actibus producta, que per modum quasi ponderis voluntatem ad eundem rationis actus impellit. Hec consuetudo habitus quoque, ex alioquin actus vitiosi frequentia conlurgens, & permanens in anima, appellatur. Dissert consuetudo ab occasione proxima, quod hec extrinseca sit, illa intrinseca.

III. Hanc consuetudinem quadrupliciter inquirunt. Prima est passim iurandi, cum debita tamen advertentia iurandi verum; five a die in iurante consuetudo mentendi, five non. Secunda est iurandi saltem advertentem. Tertia, dum quis advertit se iurare; secus a verum, vel saltem iuret. Quarta, dum quis nec ad iuramentum, nec ad veritatem advertit.

IV. Statum quoque peccati mortalis triplicem distinguunt. Primus est, dum quis actualiter peccat, & dicitur esse in statu peccati actualis. Secundus, dum quis post peccati commisionem permanet in eodem peccato, seu in macula post peccatum relicta, quatenus eundem peccati penitentiam negligit. Tertius est, dum quis in proxima occasione, aut periculo mortaliter peccandi veritatem. De hoc tertio statu in presentia sermo est. Duo enim priores improprie, prout ad presens penitentium institutum, appellantur peccatum. Quare homo in eo constitutus tenetur sub mortali ab eodem recedere; & toties novam distinctum peccatum mortale committit, quoties advertit se in tali statu reperiri, & omittit ab eodem recedere: sicut qui tenetur ad restitutionem, toties peccat, quoties ad id advertit, & cum possit restituere, deliberate recusat. Hec omnia certa sunt penes recentiores Casuistas omnes. Iuxta diversas consuetudinis notiones nu. 3. delineatas, varias quoque ipsi itantur conclusiones, quarum aliqua, ut ego quidem arbitror, Scripturae sanctae, & Patribus omnibus repugnant. Illas ego sincere referam, ut quisque suam ferat iudicium.

V. Prima opinio. Omnes statunt, ipsam consuetudinem absolute, & per se sumptam non esse peccatum distinctum ab ipsis actibus iurandi, ex quibus coalescit. Nam vel consuetudo accipitur, ut inquirunt, effectiva; & sunt ipsi actus preteriti efficientes, seu indu-

centes consuetudinem: vel sumitur formaliter pro ipso termino, seu effecta relicto ex eorum actuum frequentia. Si in primo sensu accipitur, patet consuetudinem non esse distinctum peccatum, quia hoc modo nil aliud est nisi ipsi actus frequentati. Si in posteriori sensu consideretur, est impermet habitus, seu inclinatio ad iurandum: que, licet vitiosa sit, & ad malum impellens, peccatum tamen non est. Concedunt tamen, omissionem actus extirpandi eiusmodi consuetudinem posse quandoque esse peccatum, ut clarius infra.

VI. Recentia opinio communis est penes recentiores, nec de ea longius disputare lubet. Sit nec ne peccatum ipsa consuetudo in se accepta, parum refert ad institutum nostrum: siquidem non tam de ipsa consuetudinis natura, & essentia, quam de debito illam extirpandi nobis sermo est. Quare concedimus & nos, consuetudinem ipsam internam, seu habitum iurandi, absolute & precise acceptam, non esse peccatum mortale distinctum ab ipsis actibus. Si enim nec ipsa physice res absque necessitate multiplicanda sunt, multo minus peccata. De premissa ergo opinio nullum diffidium.

VII. Secunda opinio. Consuetudo culpabiliter retenta iurandi fasium deliberate, seu indifferenter verum, & saltem, probabilibus non est peccatum distinctum operiendum in confessione ab ipso peccato actuali peritrii: sed sufficit consistere ipsum actum peritrii. Hanc conclusionem totidem verbis tradit Sporer tract. III. in 2. precept. Decal. cap. 1. sect. 4. num. 111. pag. 224. canonicus extirpavit ex suo P. Tamburino fere illam verbis. Pro eadem quoque laudat Valquez, & Ioannem Sanchez. Ratio quam promit, hec est. Obligatio extirpandi consuetudinem est imposita in ipsa obligatione non peierandi, & cum illa moraliter confunditur. Neque, inquit P. Sporer, in moralibus nimis subtilizandum est. Tamburinus loco citato clarius dicit, non esse in moralibus nimia subtilitate agendum. Addit; peccatum ex consuetudine commissum non addere circumstantiam mutantem speciem: quin minus, inquit, peccat qui ex consuetudine quam qui recens peierat.

VIII. Hec conclusio laxa, & falla est, & horrorem incutit. Nonne festivi sunt Auctores illi? Improbant in morum qualibus nimiam subtilitatem, hoc est evidentem illam rerum distinctionem qua actiones vitiose representantur. Deinde, ut vitia fecund obducant, nil nisi inventa metaphysica in

medium proferant. Sed pressius expendamus prefatam conclusionem. Consuetudo culpabiliter retenta. Peccat iurari fidelis cum consuetudinem retinendo, etiam dum actum non peierat: alioquin non esset culpabiliter retenta. Si peccat, ergo peccatum illud in confessione, minus peccat quam qui sine confessione iuravit? Si non occidit, minuit ergo consuetudine peritrium? Quid in rota Theologia absurdum? Concupiscitiam vehementem, que nobis libera non est, utique voluntarium minuit, & consequenter peccatum. Ad consuetudinem libere contracta, consuetudo deliberate, & culpabiliter retenta minuit peccatum? Qui ex illa peccat, minus peccat? Qui ergo ex habitu fornicantur, adulterantur, furantur, minus peccant quam qui semel, vel bis, recitent, spontaneae, ac deliberate? Vide Epistolam nostram Theologico-Moralem, nempe secundam, ubi falo calamo illius doctrine falsitatem profligavimus.

IX. Obicit fibi Sporer. Qui habet occasionem proximam peccandi, tenetur illam tollere sub distincto peccato. Atqui consuetudo peierandi est occasio proxima. Ergo tenetur illam tollere sub distincto peccato ab ipso actuali peritrio. Ad id responsum. Nego, inquit, minime rotunda. Quoniam illa est quod extrinsecum; hec quod intrinsecum homini. Si tanta oris rotunditate negant ea que sunt evidentia vera tum lumine nature, tum Theologorum, Patrum, & Scripturarum auctoritate; qua libertate dubia pro probabilibus, & probantia pro evidenter veris obtundunt? Sed tanta confidencia loquitur Sporer, quia ex P. Tamburino illam responsum extirpavit. Alioqui strictiori ore in re tam gravi locutus ipse fuisset.

X. Verum utique est occasiones aliam esse internam, aliam externam. Sed quid inde? Adet preceptum distinctum evitandi occasionem externam; non adet vero preceptum distinctum extirpandi occasionem internam, seu periculum, five habitum interiore. Quis hoc assererit, cum vel ipse P. Sporer numero proximo 154. hoc preceptum, sibi contradicens, adtribuat? Facilius utique est renovare occasionem exteriorem, puta abigere concubinam, quam vincere habitum interiore; sed non hinc inferitur, Christianum non teneri ad victoriam vitiosi habitus pro vitia assequendam. Quin, quo est validior consuetudo, eo maior est obligatio illam evitandi. Plus (inquit Augustinus cit. fer. xxviii. de verb. Apost.) ad hoc intentus esto quam ad